q̃si supuiuere valeat Cui paulus 147
vt scias me post mortẽ eternalit
viuere cũ michi caput abscisum
fuerit viuus tibi apparebo: Et tũc
cognoscere poteris: q̄ xp̄s est do
min⁹ vite ⁊ mortis. Et hijs dictis
ad locũ supplicij ducitur. Qui cũ
duceret̃: dixerunt ei tres milites
qui eũ ducebant. Dic nobis pau
le quis est ille rex vester quem
tantũ diligitis q̄ pro eo magis
mori q̄ viuẽ eligitis. Et qualem
inde mercedẽ habebitis. Tũc pau
lus de regno dei ⁊ pena inferni a
deo eis p̄dicauit q̄ ip̄os ad fidem
cõuertit. Qui cũ rogauit eũ vt libẽ
re abiẽt quo vellet ait Absit fra
tres vt fugiam. Nõ enim sum p̄
fugus: sed miles xp̄i legitimus
Scio enim q̄ per hanc vitã trãsi
toriam ad vitam trãsibo eternam
Mox autem vt fuero decollatus
viri fideles rapient corpus meũ
Vos aũt locũ notate ⁊ illuc cras
mane venite. Inuenietis iuxta se
pulcrũ meum duos viros .s. lucã
⁊ titum orantes Quib⁹ cũ dixeri
tis qua de causa vos ad eos misi
ipsi vos baptizabunt ⁊ regni ce
lestis facient coheredes. Quod cũ
loqueretur misit ille duos milites
vt viderent si adhuc eẽt occisus
Et cum eos vellet conuertere: illi
dixerunt. Cũ mortuus fueris ⁊
resurrexeris: tunc credemus hijs
que dicis. Nũc aũt cito veni ⁊ qđ
meruisti accipe. Cũq̃ ad locum
passionis duceret̃ i porta hostiẽ
si quandam matronam nomine
Lemobia quia forte binomia fu

it obuiam habuit. Qđ flens se su
is orationibus cõmendauit. Cui
Paulus. Vale Plancilla: eterne
salutis filia cõmenda michi velũ
quo caput tuum tergis. ⁊ inde o
culos meos ligabo ⁊ postmodum
illud tibi restituam Quod dũ sibi
traderet irridebant ei carnifices di
centes. Quid impostori isti ⁊ ma
go tam preciosum pãnum tribu
is: vt ipsum amittas. Cum ergo
ad locum passionis Paulus venis
set ad versus orientẽ ⁊ manibus
in celum extensis diutissime cum
lacrimis patria voce orauit. ⁊ grã
tias egit. Post hoc valefaciẽs fra
trib⁹ oculos sibi de velo Plancille
ligauit. ⁊ iterum genu in terra fi
gens collum tetendit. ⁊ sic decol
latus est Moxq̃ caput eius a cor
pore exiliens Ihesus xp̄s: qui sibi
in vita sua tam dulcis extiterat.
⁊ quem tam crebro nominauerat
hebraice clara voce insonuit. Di
citur enim ip̄m in suis ep̄lis xp̄m
vel ihesum vel vtrumq̃ quingen
tis vicibus nominasse. De eius
autem vulnere vnda lactis vsq̃
in vestimenta militis exiliuit.
Et postea sanguis effluxit. In ae
re lux immensa emicuit. De corpo
re odor suauissim⁹ emanauit. Dy
onisi⁹ autem in epistola ad Thi
motheum de morte Pauli sic dicit
In hora autem illa tristicie plena
frater mi dilecte: dicente carnifi
ce. Paule collum para. Tunc be
atus Paulus suspexit in celum mu
niens frontem ⁊ pectus suum sig
no crucis. deinde statim dicebat.

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-147/0303
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG